



**Duo Tractatus**

**Moneta, Giampietro**

**Marburg, 1628**

III. An consuetudo vel statutum optandi tolli poßit per contrariam  
constitutionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63048](#)

## T. DE OPTIONE. CAP. VIII. 123

cum accessissent, colum. 10. vers. hanc regulam limita de  
 const. & in c. inter ceteros, colum. 5. de rescript. & de pri-  
 vilegio † notatur per gloss. & Doct. in c. ut privilegia, 24  
 de prsvil. Ex quibus etiam colligitur & probatur com-  
 munis illa limitatio ad hanc nostram conclusionem,  
 quam inter ceteros tradunt Gem. & Franc. post alios, d.  
 c. fin. loc. citat. ut nimirum † consuetudo hæc optandi 25  
 tollatur per contrarium usum, accedente maxime con-  
 tradictione, dummodo † observatus fuerit tanto tem- 26  
 pore, quantum requirebatur ad inducendam consue-  
 tudinem, quod etiā tradit Io. Selu. tract. de benef. 3. p. q.  
 36. ad not per Innoc. in c. accendentibus, de privil. & gloss.  
 in c. cum de beneficio, de praben in 6. Barbat. in c. fin. ext.  
 de consuet. & alii quos refert, & sequitur Curt. d. sect. 4.  
 nu. 69. & 74. & Duen. reg. 142. Ex quo duo confessim  
 sequuntur; alterum est, requiri † spatium annorum 27  
 quadraginta ad hanc consuetudinem tollendam, cum  
 tantum temporis requiri ad eam inducendam, ubi  
 præben. distinctæ sint, quoniam contra jus est, sup. cap.  
 2. q. 2. concl. i. ostenderimus; atque ita † de quavis con- 28  
 fuetudine, quæ contra jus sit, tenere videtur Barbat. d.  
 c. fin. colum. 29. per gloss. in l. nemo temporalis. ff. de reg.  
 jur. & faciunt quæ adducit Curt. d. num. 74. quicquid  
 in contrarium dixerint Abb. d. c. fin. & Fel. d. c. cum ac-  
 cessissent, vers. 7. limita, de constitution. voleates, suffi-  
 cere decem annos. Alterum est, non sufficere † unum 29  
 actum contrarium, tum quia neque ad eam induce-  
 dam unicum sufficere demonstravimus, d. q. 2. concl. 3.  
 tum quia ita de quavis † consuetudine contra jus indu- 30  
 ita tradunt Ias. Bart. & alii, l. de quibus, ff. de legi. Abb.  
 Butr. & Barb. d. c. fi. cū aliis, quos refert, & sequitur Curt.  
 d. sect. 4. n. 69. nisi forte consuetudo non esset † comple- 31  
 ta; nam tunc per unicum actū tolleretur, vel saltem in-  
 terrumperetur, juxta ea, que post Abb. Butr. & Barb.  
 d. c. fin. tradit Curt. d. sect. 4. n. 66. Fel. in c. cū accessissent,  
 colum. antepen. vers. quintus casus, de constit. & Tur-  
 zan. opin. 9. n. 4. Franc. Vivi. decis. Neap. 311. num. 7.  
 Quæro tertio et ultimo, An consue-  
 tude

tudo, vel statutum optandi tolli possit per contrariam  
constitutionem?

## PRIMA CONCLUSIO. Potest summus Pontifer

32 † per constitutionem tollere non modo consuetudinem, sed etiam statutum optandi. De consuetudine

33 patet, cum possit Princeps per legem suam tollere contraria consuetudinem, ita etiam, ut non valeat contraria consuetudo postea inducta, ut tradunt Abb. d.c.fi.num. 22. Butr. num. 53. Bart. &ceteri, d.l.de quibus, Alex. in l. si non speciali, num. 4. C. de testi. & alii quos referunt, & sequuntur de communi attestantes. Imol. in c. cum ab omni. n. 3. de jur. & honest. cler. Cur. d.c.fin. sect. 7. nu. 4. 5. & seqq. Turzan. opin. 99. Vivi. lib. 1. opin. 53. & Soarez. in thesaur. recept. sent. lit. C. numer. 285. De statuto etiam patet, quoniam clarum est, pol-

34 se † superiorem, & Pontificem tollere statuta particula ria inferiorum, ut in specie de statutis ecclesiarum est tex. apertus, & ibi notant omnes, in c. 1. de constit. in 6. De utroque etiam simul probatur, quia per statutum

35 † & consuetudinem optandi non potest dici acquisi tum ullum jus saltem singulis antequam casus evenia ad no. per Jas. in l. quo minus, col. 2. vers. secundo ego respondeo, ff. de flumin. quod & nos in hac specie semel

36 admonuimus, cap. 1. q. 2. Potest autem Princeps † prae judicare per constitutionem suam in acquirendis, ut inter alios tradit Ruin. consil. 7. colum. 2. conf. 9. colum. vol. 1. & alibi, prout refert, & sequitur Port. conclus. lib. 5. concl. 15. limit. 12. & Gabr. com. concl. lib. 3. de juri quas. non toll. concl. 1. imo posse in quæ sitis, maxime in beneficialibus Papam præjudicare supra ostendimus,

37 q. 1. in princip. maxime vero † ubi fit reductio ad antiquum statum, ut voluit Port. ubi supra limit. 10. post Gr. xad. conf. 1. colum. 9. vers. praterea, & secundo responderet, & Cure. Iun. conf. 1. col. 8. Gabr. ubi supr. concl. 2. nu. 28. Hic autem redimus ad jus antiquum, cum ante dispositionem d. c. fin. de consuet. in 6. nullo jure expressum optio permitteretur, imo tolli omnino videretur.

SECUNDA CONCLUSIO. Potest per statutum eccl.

clesi  
sue  
siæ  
spec  
posi  
sine  
reg.  
Pro  
bus  
opt  
ciu  
erit  
per  
late  
mit  
ian  
clesi  
tit.  
cor  
omi  
Cu  
que  
pat  
tiba  
Cu  
tit.  
pis  
juri  
do  
ecc  
seq  
po  
cle  
sue  
jus  
fe  
tu  
Ex

T.  
DE OPTIONE. CAP. VIII. 125

etrariam clesiae † simul, & Episcopi tolli ab ecclesia tam con- 38  
suetudo quam statutum optandi. Dixi autem eccle-  
siae simul, & Episcopi, cum & Capitulum in his, quæ  
spectant ad statuta ecclesiæ sine Episcopo statuere non  
possit, ut diximus supra cap. 2. q. 3. neque in his possit  
sine Capitulo, cum de illorum interesse agatur, vulg.  
reg. quod omnes tangit, de regul. jur. in 6. cum similibus.  
Probatur nūc unaquæq; pars conclusionis iis rationi-  
bus, quibus d. quæst. 3. ostendimus posse induci hoc jus  
oprandi per statutum, quamvis versaretur præjudi-  
cium Episcopi, idque magis hoc casu admittendum  
erit, cum sic redeamus adjus commune, quod facile † 39  
permitti debet, c. ab exordio, 35. distinct. cum aliis qua-  
late congerit Fel. d. c. cum accessissent, versic. septimo li-  
mita, de constitut. eo enim casu † valeret statutum et 40  
iam ecclesiæ præjudiciale, ut fuse tradit Abb. in c. ec-  
clesia sancta Maria, colum. penult. & ibi late Fel. eodem  
tit. & in specie quod possint clerici † statuere contra 41  
consuetudinem, quæ erat contra jus, patet ex cap. cum  
omnes, de constitut. cum similibus, & optime ostendit  
Curt. d. c. fin. sect. 3. num. 10. ob eam quoque rationem,  
quod tunc redimus adjus commune. Ex quibus etiam  
patet, non obstare illud, quod ex Innoc. in c. acceden-  
tibus, de privileg. & Alex. consilio 5. volum. 5. tradunt  
Curt. d. sect. 4. numero 80. & Petr. Raven. d. enarr. ad  
tit. de consuet. sect. 5. num. 18. nimicum, non posse † E- 42  
piscopum etiam cum consensu Capituli renuntiare  
juriacquisito ecclesiæ per consuetudinem. Et quod  
docet Bart. in l. privilegio, per illum tex. C. de sacrosan.  
eccles. Abb. c. pen. in fin. de sepult. & alii quos refert, &  
sequitur Curt. d. c. fin. sect. 5. numero 42. non valere dis-  
positionem, per quam tollitur consuetudo utilis ec-  
clesiae; responderetur enim primo, ea procedere, ubi con-  
suetudo ita utilis ecclesiæ sit secundum, aut præter  
jus, non autem contra jus, ut patet ex exemplis, quæ af-  
feruntur per illos Doct. ita ut eam auferendo redear-  
tur adjus commune, prout contingit in casu nostro.  
Ex quibus etiam illud demum indubiatum remanet,

posse

126 ALEX. MONET. TRACTAT.

¶ posse statutum optandi & tolli contraria consuetudine, cum possit consuetudo derogare juri communis, quod fortius est particulari statuto, e. fin. cum ibi non ext. de consuet. multo ergo magis derogabit statuto, illudq; tollet, quod & noravit Curt. ibid. sect. 7. numero 17. post Corn. consilio 293. circa superdictum volum. I.

SOLI DEO GLORIA.



INDEX